

Liber Esdrae

1:1 in anno primo Cyri regis Persarum ut conpleretur uerbum Domini ex ore Hieremiae suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum et transduxit uocem in uniuerso regno suo etiam per scripturam dicens 1:2 haec dicit Cyrus rex Persarum omnia regna terrae dedit mihi Dominus Deus caeli et ipse praecepit mihi ut aedificarem ei domum in Hierusalem quae est in Iudaea 1:3 quis est in uobis de uniuerso populo eius sit Deus illius cum ipso ascendat Hierusalem quae est in Iudaea et aedificet domum Domini Dei Israhel ipse est Deus qui est in Hierusalem 1:4 et omnes reliqui in cunctis locis ubicumque habitant adiuent eum uiri de loco suo argento et auro et substantia et pecoribus excepto quod uoluntarie offerunt templo Dei quod est in Hierusalem 1:5 et surrexerunt principes patrum de Iuda et Benjamin et sacerdotes et Leuitae omnis cuius suscitauit Deus spiritum ut ascenderent ad aedificandum templum Domini quod erat in Hierusalem 1:6 uniuersique qui erant in circuitu adiuerunt manus eorum in uasis argenteis et aureis in substantia in iumentis in suppellectili exceptis his quae sponte obtulerunt 1:7 rex quoque Cyrus protulit uasa templi Domini quae tulerat Nabuchodonosor de Hierusalem et posuerat ea in templo dei sui 1:8 protulit autem ea Cyrus rex Persarum per manum Mitridatis filii Gazabar et adnumerauit ea Sasabassar principi Iudaeae 1:9 et hic est numerus eorum fialae aureae triginta fialae argenteae mille cultri uiginti nouem scyphi aurei triginta 1:10 scyphi argentei secundi quadringenti decem uasa alia mille 1:11 omnia uasa aurea et argentea quinque milia quadringenta uniuersa tulit Sasabassar cum his qui ascendebant de transmigratione Babylonis in Hierusalem

2:1 hii sunt autem filii prouinciae qui ascenderunt de captiuitate quam transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonem et reuersi sunt in Hierusalem et Iudam unusquisque in ciuitatem suam 2:2 qui uenerunt cum Zorobabel

1:1 Now in the first year of Cyrus king of Persia, that the word of the LORD by the mouth of Jeremiah might be fulfilled, the LORD stirred up the spirit of Cyrus king of Persia, that he made a proclamation throughout all his kingdom, and put it also in writing, saying,

1:2 Thus saith Cyrus king of Persia, The LORD God of heaven hath given me all the kingdoms of the earth; and he hath charged me to build him an house at Jerusalem, which is in Judah.

1:3 Who is there among you of all his people? his God be with him, and let him go up to Jerusalem, which is in Judah, and build the house of the LORD God of Israel, (he is the God,) which is in Jerusalem.

1:4 And whosoever remaineth in any place where he sojourneth, let the men of his place help him with silver, and with gold, and with goods, and with beasts, beside the freewill offering for the house of God that is in Jerusalem.

1:5 Then rose up the chief of the fathers of Judah and Benjamin, and the priests, and the Levites, with all them whose spirit God had raised, to go up to build the house of the LORD which is in Jerusalem.

1:6 And all they that were about them strengthened their hands with vessels of silver, with gold, with goods, and with beasts, and with precious things, beside all that was willingly offered.

1:7 Also Cyrus the king brought forth the vessels of the house of the LORD, which Nebuchadnezzar had brought forth out of Jerusalem, and had put them in the house of his gods;

1:8 Even those did Cyrus king of Persia bring forth by the hand of Mithredath the treasurer, and numbered them unto Sheshbazzar, the prince of Judah.

1:9 And this is the number of them: thirty chargers of gold, a thousand chargers of silver, nine and twenty knives,

1:10 Thirty basons of gold, silver basons of a second sort four hundred and ten, and other vessels a thousand.

1:11 All the vessels of gold and of silver were five thousand and four hundred. All these did Sheshbazzar bring up with them of the captivity that were brought up from Babylon unto Jerusalem.

2:1 Now these are the children of the province that went up out of the captivity, of those which had been carried away, whom Nebuchadnezzar the king of Babylon had carried away unto Babylon, and came again unto Jerusalem and Judah, every one unto his city;

2:2 Which came with Zerubbabel: Jeshua, Nehemiah, Seraiah, Reeliah, Mordecai, Bilshan, Mizpar, Bigvai, Rehum, Baanah. The number of the men of the people of Israel:

Biblia Sacra Vulgata

2:3 The children of Parosh, two thousand an hundred seventy and two.

2:4 The children of Shephathiah, three hundred seventy and two.

2:5 The children of Arah, seven hundred seventy and five.

2:6 The children of Pahathmoab, of the children of Jeshua and Joab, two thousand eight hundred and twelve.

2:7 The children of Elam, a thousand two hundred fifty and four.

2:8 The children of Zattu, nine hundred forty and five.

2:9 The children of Zaccai, seven hundred and threescore.

2:10 The children of Bani, six hundred forty and two.

2:11 The children of Bebai, six hundred twenty and three.

2:12 The children of Azgad, a thousand two hundred twenty and two.

2:13 The children of Adonikam, six hundred sixty and six.

2:14 The children of Bigvai, two thousand fifty and six.

2:15 The children of Adin, four hundred fifty and four.

2:16 The children of Ater of Hezekiah, ninety and eight.

2:17 The children of Bezai, three hundred twenty and three.

2:18 The children of Jorah, an hundred and twelve.

2:19 The children of Hashum, two hundred twenty and three.

2:20 The children of Gibbar, ninety and five.

2:21 The children of Bethlehem, an hundred twenty and three.

2:22 The men of Netophah, fifty and six.

2:23 The men of Anathoth, an hundred twenty and eight.

2:24 The children of Azmaveth, forty and two.

2:25 The children of Kirjatharim, Chephirah, and Beeroth, seven hundred and forty and three.

2:26 The children of Ramah and Gaba, six hundred twenty and one.

2:27 The men of Michmas, an hundred twenty and two.

2:28 The men of Bethel and Ai, two hundred twenty and three.

2:29 The children of Nebo, fifty and two.

2:30 The children of Magbish, an hundred fifty and six.

2:31 The children of the other Elam, a thousand two hundred fifty and four.

2:32 The children of Harim, three hundred and twenty.

2:33 The children of Lod, Hadid, and Ono, seven hundred twenty and five.

2:34 The children of Jericho, three hundred forty and five.

2:35 The children of Senaah, three thousand and six hundred and thirty.

2:36 The priests: the children of Jedaiah, of the house of Jeshua, nine hundred seventy and three.

2:37 The children of Immer, a thousand fifty and two.

2:38 The children of Pashur, a thousand two hundred forty and seven.

2:39 The children of Harim, a thousand and seventeen.

2:40 The Levites: the children of Jeshua and Kadmiel, of the children of Hodaviah, seventy and four.

2:41 The singers: the children of Asaph, an hundred twenty and eight.

2:42 The children of the porters: the children of Shallum, the children of Ater, the children of Talmon, the children of Akkub, the children of Hatita, the children of Shobai, in all an hundred thirty and nine.

Hiesua Neemia Saraia Rahelaia Mardochai Belsan Mesphar Beguai Reum Baana numerus uirorum populi Israhel 2:3 filii Pharos duo milia centum septuaginta duo 2:4 filii Sephetia trecenti septuaginta duo 2:5 filii Area septingenti septuaginta quinque 2:6 filii Phaethmoab filiorum Iosue Ioab duo milia octingenti duodecim 2:7 filii Helam mille ducenti quinquaginta quattuor 2:8 filii Zeththua nongenti quadraginta quinque 2:9 filii Zacchai septingenti sexaginta 2:10 filii Bani sescenti quadraginta duo 2:11 filii Bebai sescenti uiginti tres 2:12 filii Azgad mille ducenti uiginti duo 2:13 filii Adonikam sescenti sexaginta sex 2:14 filii Beguai duo milia quinquaginta sex 2:15 filii Adin quadringenti quinquaginta quattuor 2:16 filii Ater qui erant ex Hiezechia nonaginta octo 2:17 filii Besai trecenti uiginti tres 2:18 filii Iora centum duodecim 2:19 filii Asom ducenti uiginti tres 2:20 filii Gebbar nonaginta quinque 2:21 filii Bethleem centum uiginti tres 2:22 uiri Netupha quinquaginta sex 2:23 uiri Anathoth centum uiginti octo 2:24 filii Azmaueth quadraginta duo 2:25 filii Cariathiarim Caephira et Beroth septingenti quadraginta tres 2:26 filii Arama et Gaba sescenti uiginti unus 2:27 uiri Machmas centum uiginti duo 2:28 uiri Bethel et Gai ducenti uiginti tres 2:29 filii Nebo quinquaginta duo 2:30 filii Megbis centum quinquaginta sex 2:31 filii Helam alterius mille ducenti quinquaginta quattuor 2:32 filii Arim trecenti uiginti 2:33 filii Lod Adid et Ono septingenti uiginti quinque 2:34 filii Hiericho trecenti quadraginta quinque 2:35 filii Sennaa tria milia sescenti triginta 2:36 sacerdotes filii Idaia in domo Hiesue nongenti septuaginta tres 2:37 filii Emmer mille quinquaginta duo 2:38 filii Phessur mille ducenti quadraginta septem 2:39 filii Arim mille decem et septem 2:40 Leuitae filii Hiesue et Cedmiel filiorum Odeuia septuaginta quattuor 2:41 cantores filii Asaph centum uiginti octo 2:42 filii ianitorum filii Sellum

Liber Esdrae

fili Ater filii Telmon filii Accub filii Atita filii Sobai uniuersi centum triginta nouem 2:43 Nathinnei filii Sia filii Asupha filii Tebbaoth 2:44 filii Ceros filii Siao filii Phadon 2:45 filii Leuana filii Agaba filii Accub 2:46 filii Agab filii Selmai filii Anan 2:47 filii Gaddel filii Gaer filii Rahaia 2:48 filii Rasin filii Nechoda filii Gazem 2:49 filii Aza filii Phasaea filii Besee 2:50 filii Asenaa filii Munim filii Nephusim 2:51 filii Becbuc filii Acupha filii Arur 2:52 filii Besluth filii Maida filii Arsa 2:53 filii Bercos filii Sisara filii Thema 2:54 filii Nasia filii Atupha 2:55 filii seruorum Salomonis filii Sotei filii Suphereth filii Pharuda 2:56 filii Iala filii Dercon filii Gedel 2:57 filii Saphatia filii Athil filii Phocereth qui erant de Asebaim filii Ammi 2:58 omnes Nathinnei et filii seruorum Salomonis trecenti nonaginta duo 2:59 et hii qui ascenderunt de Thelmela Thelarsa Cherub et Don et Mer et non potuerunt indicare domum patrum suorum et semen suum utrum ex Israhel essent 2:60 filii Delaia filii Tobia filii Necoda sescenti quinquaginta duo 2:61 et de filiis sacerdotum filii Obia filii Accos filii Berzellai qui accepit de filiabus Berzellai Galaditis uxorem et uocatus est nomine eorum 2:62 hii quaesierunt scripturam genealogiae suae et non inueniunt et eiecti sunt de sacerdotio 2:63 et dixit Athersatha eis ut non comederent de sancto sanctorum donec surgeret sacerdos doctus atque perfectus 2:64 omnis multitudo quasi unus quadraginta duo milia trecenti sexaginta 2:65 exceptis seruis eorum et ancillis qui erant septem milia trecenti triginta septem et in ipsis cantores atque cantrices ducentae 2:66 equi eorum septingenti triginta sex muli eorum ducenti quadraginta quinque 2:67 cameli eorum quadringenti triginta quinque asini eorum sex milia septingenti uiginti 2:68 et de principibus patrum cum ingrederentur templum Domini quod est in Hierusalem sponte obtulerunt in domum Dei ad extruendam eam in loco suo 2:69 secundum uires

2:43 The Nethinims: the children of Ziha, the children of Hasupha, the children of Tebbaoth,

2:44 The children of Keros, the children of Siao, the children of Padon,

2:45 The children of Lebanah, the children of Hagabah, the children of Akkub,

2:46 The children of Hagab, the children of Shalmi, the children of Hanan,

2:47 The children of Giddel, the children of Gahar, the children of Reaiah,

2:48 The children of Rezin, the children of Nekoda, the children of Gazzam,

2:49 The children of Uzza, the children of Paseah, the children of Besai,

2:50 The children of Asnah, the children of Mehumim, the children of Nephusim,

2:51 The children of Bakbuk, the children of Hakupha, the children of Harhur,

2:52 The children of Bazluth, the children of Mehida, the children of Harsha,

2:53 The children of Barkos, the children of Sisera, the children of Thamah,

2:54 The children of Neziah, the children of Hatipha.

2:55 The children of Solomon's servants: the children of Sotai, the children of Sophereth, the children of Peruda,

2:56 The children of Jaalah, the children of Darkon, the children of Giddel,

2:57 The children of Shephatiah, the children of Hattil, the children of Pochereth of Zebaim, the children of Ami.

2:58 All the Nethinims, and the children of Solomon's servants, were three hundred ninety and two.

2:59 And these were they which went up from Telmelah, Thelarsa, Cherub, Addan, and Immer: but they could not shew their father's house, and their seed, whether they were of Israel:

2:60 The children of Delaiah, the children of Tobiah, the children of Nekoda, six hundred fifty and two.

2:61 And of the children of the priests: the children of Habaiah, the children of Koz, the children of Barzillai; which took a wife of the daughters of Barzillai the Gileadite, and was called after their name:

2:62 These sought their register among those that were reckoned by genealogy, but they were not found: therefore were they, as polluted, put from the priesthood.

2:63 And the Tirshatha said unto them, that they should not eat of the most holy things, till there stood up a priest with Urim and with Thummim.

2:64 The whole congregation together was forty and two thousand three hundred and threescore.

2:65 Beside their servants and their maids, of whom there were seven thousand three hundred thirty and seven: and there were among them two hundred singing men and singing women.

2:66 Their horses were seven hundred thirty and six; their mules, two hundred forty and five;

2:67 Their camels, four hundred thirty and five; their asses, six thousand seven hundred and twenty.

2:68 And some of the chief of the fathers, when they came to the house of the LORD which is at Jerusalem, offered freely for the house of God to set it up in his place:

2:69 They gave after their ability unto the treasure of the work threescore and one thousand drams of gold, and five thousand pound of silver, and one hundred priests' garments.

Biblia Sacra Vulgata

suas dederunt in inpensas operis auri solidos sexaginta milia et mille argenti minas quinque milia et uestes sacerdotales centum 2:70 habitauerunt ergo sacerdotes et Leuitae et de populo et cantores et ianitores et Nathinnei in urbibus suis uniuersusque Israhel in ciuitatibus suis

2:70 So the priests, and the Levites, and some of the people, and the singers, and the porters, and the Nethinims, dwelt in their cities, and all Israel in their cities.

3:1 And when the seventh month was come, and the children of Israel were in the cities, the people gathered themselves together as one man to Jerusalem.

3:2 Then stood up Jeshua the son of Jozadak, and his brethren the priests, and Zerubbabel the son of Shealtiel, and his brethren, and builded the altar of the God of Israel, to offer burnt offerings thereon, as it is written in the law of Moses the man of God.

3:3 And they set the altar upon his bases; for fear was upon them because of the people of those countries: and they offered burnt offerings thereon unto the LORD, even burnt offerings morning and evening.

3:4 They kept also the feast of tabernacles, as it is written, and offered the daily burnt offerings by number, according to the custom, as the duty of every day required;

3:5 And afterward offered the continual burnt offering, both of the new moons, and of all the set feasts of the LORD that were consecrated, and of every one that willingly offered a freewill offering unto the LORD.

3:6 From the first day of the seventh month began they to offer burnt offerings unto the LORD. But the foundation of the temple of the LORD was not yet laid.

3:7 They gave money also unto the masons, and to the carpenters; and meat, and drink, and oil, unto them of Zidon, and to them of Tyre, to bring cedar trees from Lebanon to the sea of Joppa, according to the grant that they had of Cyrus king of Persia.

3:8 Now in the second year of their coming unto the house of God at Jerusalem, in the second month, began Zerubbabel the son of Shealtiel, and Jeshua the son of Jozadak, and the remnant of their brethren the priests and the Levites, and all they that were come out of the captivity unto Jerusalem; and appointed the Levites, from twenty years old and upward, to set forward the work of the house of the LORD.

3:9 Then stood Jeshua with his sons and his brethren, Kadmiel and his sons, the sons of Judah, together, to set forward the workmen in the house of God: the sons of Henadad, with their sons and their brethren the Levites.

3:1 iamque uenerat mensis septimus et erant filii Israhel in ciuitatibus suis congregatus est ergo populus quasi uir unus in Hierusalem 3:2 et surrexit Iosue filius Iosedech et fratres eius sacerdotes et Zorobabel filius Salathihel et fratres eius et aedificauerunt altare Dei Israhel ut offerrent in eo holocaustomata sicut scriptum est in lege Mosi uiri Dei 3:3 conlocauerunt autem altare super bases suas deterrentibus eos per circuitum populis terrarum et obtulerunt super illud holocaustum Domino mane et uespere 3:4 feceruntque sollemnitatem tabernaculorum sicut scriptum est et holocaustum diebus singulis per ordinem secundum praeceptum opus diei in die suo 3:5 et post haec holocaustum iuge tam in kalendis quam in uniuersis sollemnitatibus Domini quae erant consecratae et in omnibus in quibus ultro offerebatur munus Deo 3:6 a primo die mensis septimi coeperunt offerre holocaustum Domino porro templum Dei fundatum necdum erat 3:7 dederunt autem pecunias latomis et cementariis cibum quoque et potum et oleum Sidoniis Tyriisque ut deferrent ligna cedrina de Libano ad mare Ioppes iuxta quod praeceperat Cyrus rex Persarum eis 3:8 anno autem secundo aduentus eorum ad templum Dei in Hierusalem mense secundo coeperunt Zorobabel filius Salathihel et Iosue filius Iosedech et reliqui de fratribus eorum sacerdotes et Leuitae et omnes qui uenerant de captiuitate in Hierusalem et constituerunt Leuitas a uiginti annis et supra ut urguerent opus Domini 3:9 stetitque Iosue filii eius et fratres eius Cedmihel et filii eius et filii Iuda quasi unus ut instarent super eos qui faciebant opus in templo Dei filii Enadad filii eorum et fratres eorum

Liber Esdrae

Leuitae 3:10 fundato igitur a cementariis templo Domini steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis et Leuitae filii Asaph in cymbalis ut laudarent Deum per manus Dauid regis Israhel 3:11 et concinebant in hymnis et confessione Domino quoniam bonus quoniam in aeternum misericordia eius super Israhel omnis quoque populus uociferabatur clamore magno in laudando Dominum eo quod fundatum esset templum Domini 3:12 plurimi etiam de sacerdotibus et Leuitis et principes patrum seniores qui uiderant templum prius cum fundatum esset et hoc templum in oculis eorum flebant uoce magna et multi uociferantes in laetitia eleuabant uocem 3:13 nec poterat quisquam agnoscere uocem clamoris laetantium et uocem fletus populi commixtim enim populus uociferabatur clamore magno et uox audiebatur procul

4:1 audierunt autem hostes Iudae et Benjamin quia filii captiuitatis aedificarent templum Domino Deo Israhel 4:2 et accedentes ad Zorobabel et ad principes patrum dixerunt eis aedificemus uobiscum quia ita ut uos quaerimus Deum uestrum ecce nos immolamus uictimas ex diebus Asoraddan regis Assur qui adduxit nos huc 4:3 et dixit eis Zorobabel et Iosue et reliqui principes patrum Israhel non est uobis et nobis ut aedificemus domum Deo nostro sed nos ipsi soli aedificabimus Domino Deo nostro sicut praecepit nobis rex Cyrus rex Persarum 4:4 factum est igitur ut populus terrae inpediret manus populi Iudae et turbaret eos in aedificando 4:5 conduxerunt quoque aduersum eos consiliatores ut destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri regis Persarum et usque ad regnum Darii regis Persarum 4:6 in regno autem Asueri principio regni eius scripserunt accusationem aduersum habitatores Iudae et Hierusalem 4:7 et in diebus Artaxersis scripsit Beselam Mitridatis et Tabel et reliqui qui erant in consilio eorum ad Artaxersen regem Persarum epistula autem accusationis scripta erat syriace et legebatur ser-

3:10 And when the builders laid the foundation of the temple of the LORD, they set the priests in their apparel with trumpets, and the Levites the sons of Asaph with cymbals, to praise the LORD, after the ordinance of David king of Israel.

3:11 And they sang together by course in praising and giving thanks unto the LORD; because he is good, for his mercy endureth for ever toward Israel. And all the people shouted with a great shout, when they praised the LORD, because the foundation of the house of the LORD was laid.

3:12 But many of the priests and Levites and chief of the fathers, who were ancient men, that had seen the first house, when the foundation of this house was laid before their eyes, wept with a loud voice; and many shouted aloud for joy:

3:13 So that the people could not discern the noise of the shout of joy from the noise of the weeping of the people: for the people shouted with a loud shout, and the noise was heard afar off.

4:1 Now when the adversaries of Judah and Benjamin heard that the children of the captivity builded the temple unto the LORD God of Israel:

4:2 Then they came to Zerubbabel, and to the chief of the fathers, and said unto them, Let us build with you: for we seek your God, as ye do; and we do sacrifice unto him since the days of Esarhaddon king of Assur, which brought us up hither.

4:3 But Zerubbabel, and Jeshua, and the rest of the chief of the fathers of Israel, said unto them, Ye have nothing to do with us to build an house unto our God; but we ourselves together will build unto the LORD God of Israel, as king Cyrus the king of Persia hath commanded us.

4:4 Then the people of the land weakened the hands of the people of Judah, and troubled them in building.

4:5 And hired counsellors against them, to frustrate their purpose, all the days of Cyrus king of Persia, even until the reign of Darius king of Persia.

4:6 And in the reign of Ahasuerus, in the beginning of his reign, wrote they unto him an accusation against the inhabitants of Judah and Jerusalem.

4:7 And in the days of Artaxerxes wrote Bishlam, Mithredath, Tabeel, and the rest of their companions, unto Artaxerxes king of Persia; and the writing of the letter was written in the Syrian tongue, and interpreted in the Syrian tongue.

Biblia Sacra Vulgata

4:8 Rehum the chancellor and Shimshai the scribe wrote a letter against Jerusalem to Artaxerxes the king in this sort:

4:9 Then wrote Rehum the chancellor, and Shimshai the scribe, and the rest of their companions; the Dinaites, the Apharsathites, the Tarpelites, the Apharsites, the Archevites, the Babylonians, the Susanchites, the Dehavites, and the Elamites,

4:10 And the rest of the nations whom the great and noble Asnapper brought over, and set in the cities of Samaria, and the rest that are on this side the river, and at such a time.

4:11 This is the copy of the letter that they sent unto him, even unto Artaxerxes the king; Thy servants the men on this side the river, and at such a time.

4:12 Be it known unto the king, that the Jews which came up from thee to us are come unto Jerusalem, building the rebellious and the bad city, and have set up the walls thereof, and joined the foundations.

4:13 Be it known now unto the king, that, if this city be builded, and the walls set up again, then will they not pay toll, tribute, and custom, and so thou shalt endamage the revenue of the kings.

4:14 Now because we have maintenance from the king's palace, and it was not meet for us to see the king's dishonour, therefore have we sent and certified the king;

4:15 That search may be made in the book of the records of thy fathers: so shalt thou find in the book of the records, and know that this city is a rebellious city, and hurtful unto kings and provinces, and that they have moved sedition within the same of old time: for which cause was this city destroyed.

4:16 We certify the king that, if this city be builded again, and the walls thereof set up, by this means thou shalt have no portion on this side the river.

4:17 Then sent the king an answer unto Rehum the chancellor, and to Shimshai the scribe, and to the rest of their companions that dwell in Samaria, and unto the rest beyond the river, Peace, and at such a time.

4:18 The letter which ye sent unto us hath been plainly read before me.

4:19 And I commanded, and search hath been made, and it is found that this city of old time hath made insurrection against kings, and that rebellion and sedition have been made therein.

4:20 There have been mighty kings also over Jerusalem, which have ruled over all countries beyond the river; and toll, tribute, and custom, was paid unto them.

mone syro 4:8 Reum Beelteem et Samsai scriba scripserunt epistulam unam de Hierusalem Artaxersi regi huiuscemodi 4:9 Reum Beelteem et Samsai scriba et reliqui consiliatores eorum Dinei et Apharsathe Terphalei Apharsei Erchuei Babylonii Susannechei Deaei Aelamitae 4:10 et ceteri de gentibus quas transtulit Asennaphar magnus et gloriosus et habitare eas fecit in ciuitatibus Samariae et in reliquis regionibus trans Flumen in pace 4:11 hoc est exemplar epistulae quam miserunt ad eum Artaxersi regi serui tui uiri qui sunt trans Fluum salutem dicunt 4:12 notum sit regi quia Iudaei qui ascenderunt a te ad nos uenerunt in Hierusalem ciuitatem rebellem et pessimam quam aedificant extruentes muros eius et parietes componentes 4:13 nunc igitur notum sit regi quia si ciuitas illa aedificata fuerit et muri eius instaurati tributum et uectigal et annuos redius non dabunt et usque ad reges haec noxa perueniet 4:14 nos ergo memores salis quod in palatio comedimus et quia laesiones regis uidere nefas ducimus idcirco misimus et nuntiauimus regi 4:15 ut recenseas in libris historiarum patrum tuorum et inuenies scriptum in commentariis et scies quoniam urbs illa urbs rebellis est et nocens regibus et prouinciis et bella concitant in ea ex diebus antiquis quam ob rem et ciuitas ipsa destructa est 4:16 nuntiamus nos regi quoniam si ciuitas illa aedificata fuerit et muri ipsius instaurati possessionem trans Fluum non habebis 4:17 uerbum misit rex ad Reum Beelteem et Samsai scribam et ad reliquos qui erant in consilio eorum habitatores Samariae et ceteris trans Fluum salutem dicens et pacem 4:18 accusationem quam misistis ad nos manifeste lecta est coram me 4:19 et a me praeceptum est et recensuerunt inueneruntque quoniam ciuitas illa a diebus antiquis aduersum reges rebellat et seditiones et proelia concitantur in ea 4:20 nam et reges fortissimi fuerunt in Hierusalem qui et dominati sunt omni regioni quae trans Fluum est tributum quoque

Liber Esdrae

et uectigal et redius accipiebant 4:21 nunc ergo audite sententiam ut prohibeatis uiros illos et urbs illa non aedificetur donec si forte a me iussum fuerit 4:22 uidete ne neglegenter hoc impleatis et paulatim crescat malum contra reges 4:23 itaque exemplum edicti Artaxersis regis lectum est coram Reum et Samsai scriba et consiliariis eorum et abierunt festini in Hierusalem ad Iudaeos et prohibuerunt eos in brachio et robore 4:24 tunc intermissum est opus domus Dei in Hierusalem et non fiebat usque ad annum secundum regni Darii regis Persarum

5:1 prophetauerunt autem Aggeus propheta et Zaccharias filius Addo prophetantes ad Iudaeos qui erant in Iudaea et Hierusalem in nomine Dei Israhel 5:2 tunc surrexerunt Zerobabel filius Salathihel et Iosue filius Iosedech et coeperunt aedificare templum Dei in Hierusalem et cum eis prophetae Dei adiuuantes eos 5:3 in ipso tempore uenit ad eos Tatannai qui erat dux trans Flumen et Starbuzannai et consilarii eorum sicque dixerunt eis quis dedit uobis consilium ut domum hanc aedificaretis et muros hos instauraretis 5:4 ad quod respondimus eis quae essent nomina hominum auctorum illius aedificationis 5:5 oculus autem Dei eorum factus est super senes Iudaeorum et non potuerunt inhibere eos placuitque ut res ad Darium referretur et tunc satisfacerent aduersus accusationem illam 5:6 exemplar epistulae quam misit Tatannai dux regionis trans Flumen et Starbuzannai et consiliatores eius Apharsacei qui erant trans Flumen ad Darium regem 5:7 sermo quem miserant ei sic scriptus erat Dario regi pax omnis 5:8 notum sit regi isse nos ad Iudaeam prouinciam ad domum Dei magni quae aedificatur lapide inpolito et ligna ponuntur in parietibus opusque illud diligenter extruitur et crescit in manibus eorum 5:9 interrogauimus ergo senes illos et ita diximus eis quis dedit uobis potestatem ut domum hanc aedificaretis et muros in-

4:21 Give ye now commandment to cause these men to cease, and that this city be not builded, until another commandment shall be given from me.

4:22 Take heed now that ye fail not to do this: why should damage grow to the hurt of the kings?

4:23 Now when the copy of king Artaxerxes' letter was read before Rehum, and Shimshai the scribe, and their companions, they went up in haste to Jerusalem unto the Jews, and made them to cease by force and power.

4:24 Then ceased the work of the house of God which is at Jerusalem. So it ceased unto the second year of the reign of Darius king of Persia.

5:1 Then the prophets, Haggai the prophet, and Zechariah the son of Iddo, prophesied unto the Jews that were in Judah and Jerusalem in the name of the God of Israel, even unto them.

5:2 Then rose up Zerubbabel the son of Shealtiel, and Jeshua the son of Jozadak, and began to build the house of God which is at Jerusalem: and with them were the prophets of God helping them.

5:3 At the same time came to them Tatnai, governor on this side the river, and Shetharboznai and their companions, and said thus unto them, Who hath commanded you to build this house, and to make up this wall?

5:4 Then said we unto them after this manner, What are the names of the men that make this building?

5:5 But the eye of their God was upon the elders of the Jews, that they could not cause them to cease, till the matter came to Darius: and then they returned answer by letter concerning this matter.

5:6 The copy of the letter that Tatnai, governor on this side the river, and Shetharboznai and his companions the Apharsachites, which were on this side the river, sent unto Darius the king:

5:7 They sent a letter unto him, wherein was written thus: Unto Darius the king, all peace.

5:8 Be it known unto the king, that we went into the province of Judea, to the house of the great God, which is builded with great stones, and timber is laid in the walls, and this work goeth fast on, and prospereth in their hands.

5:9 Then asked we those elders, and said unto them thus, Who commanded you to build this house, and to make up these walls?

Biblia Sacra Vulgata

5:10 We asked their names also, to certify thee, that we might write the names of the men that were the chief of them.

5:11 And thus they returned us answer, saying, We are the servants of the God of heaven and earth, and build the house that was builded these many years ago, which a great king of Israel builded and set up.

5:12 But after that our fathers had provoked the God of heaven unto wrath, he gave them into the hand of Nebuchadnezzar the king of Babylon, the Chaldean, who destroyed this house, and carried the people away into Babylon.

5:13 But in the first year of Cyrus the king of Babylon the same king Cyrus made a decree to build this house of God.

5:14 And the vessels also of gold and silver of the house of God, which Nebuchadnezzar took out of the temple that was in Jerusalem, and brought them into the temple of Babylon, those did Cyrus the king take out of the temple of Babylon, and they were delivered unto one, whose name was Sheshbazzar, whom he had made governor;

5:15 And said unto him, Take these vessels, go, carry them into the temple that is in Jerusalem, and let the house of God be builded in his place.

5:16 Then came the same Sheshbazzar, and laid the foundation of the house of God which is in Jerusalem: and since that time even until now hath it been in building, and yet it is not finished.

5:17 Now therefore, if it seem good to the king, let there be search made in the king's treasure house, which is there at Babylon, whether it be so, that a decree was made of Cyrus the king to build this house of God at Jerusalem, and let the king send his pleasure to us concerning this matter.

6:1 Then Darius the king made a decree, and search was made in the house of the rolls, where the treasures were laid up in Babylon.

6:2 And there was found at Achmetha, in the palace that is in the province of the Medes, a roll, and therein was a record thus written:

6:3 In the first year of Cyrus the king the same Cyrus the king made a decree concerning the house of God at Jerusalem, Let the house be builded, the place where they offered sacrifices, and let the foundations thereof be strongly laid; the height thereof threescore cubits, and the breadth thereof threescore cubits;

6:4 With three rows of great stones, and a row of new timber: and let the expenses be given out of the king's house:

stauraretis 5:10 sed et nomina eorum quaesiuimus ab eis ut nuntiaremus tibi quae scripsimus nomina uirorum qui sunt principes in eis 5:11 huiusmodi autem sermonem responderunt nobis dicentes nos sumus serui Dei caeli et terrae et aedificamus templum quod erat extractum ante hos annos multos quodque rex Israhel magnus aedificauerat et extruxerat 5:12 postquam autem ad iracundiam prouocauerunt patres nostri Deum caeli et tradidit eos in manu Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldei domum quoque hanc destruxit et populum eius transtulit in Babylonem 5:13 anno autem primo Cyri regis Babylonis Cyrus rex proposuit edictum ut domus Dei aedificaretur 5:14 nam et uasa templi Dei aurea et argentea quae Nabuchodonosor tulerat de templo quod erat in Hierusalem et asportauerat ea in templum Babylonis protulit Cyrus rex de templo Babylonis et data sunt Sasabassar uocabulo quem et principem constituit 5:15 dixitque ei haec uasa tolle et uade et pone ea in templo quod est in Hierusalem et domus Dei aedificetur in loco suo 5:16 tunc itaque Sasabassar ille uenit et posuit fundamenta templi Dei in Hierusalem et ex eo tempore usque nunc aedificatur et nunc completum est 5:17 nunc ergo si uidetur regi bonum recenseat in bibliotheca regis quae est in Babylone utrumnam a Cyro rege iussum sit ut aedificaretur domus Dei in Hierusalem et uoluntatem regis super hac re mittat ad nos

6:1 tunc Darius rex praecepit et recensuerunt in bibliotheca librorum qui erant repositi in Babylone 6:2 et inuentum est in Ecbathanis quod est castrum in Madena prouincia uolumen unum talisque scriptus erat in eo commentarius 6:3 anno primo Cyri regis Cyrus rex decreuit ut domus Dei quae est in Hierusalem aedificaretur in loco ubi immolent hostias et ut ponant fundamenta subportantia altitudinem cubitorum sexaginta et latitudinem cubitorum sexaginta 6:4 ordines de lapidibus in politis tres et sic ordines de lig-

Liber Esdrae

nis nouis sumptus autem de domo regis dabuntur 6:5 sed et uasa templi Dei aurea et argentea quae Nabuchodonosor tulerat de templo Hierusalem et adtulerat ea in Babylonem reddantur et referantur in templo Hierusalem in locum suum quae et posita sunt in templo Dei 6:6 nunc ergo Tatannai dux regionis quae est trans Flumen Starbuzannai et consiliarii uestri Apharsacei qui estis trans Flumen procul recedite ab illis 6:7 et dimittite fieri templum Dei illud a duce Iudaeorum et a senioribus eorum domum Dei illam aedificent in loco suo 6:8 sed et a me praeceptum est quid oporteat fieri a presbyteris Iudaeorum illis ut aedificetur domus Dei scilicet ut de arca regis id est de tributis quae dantur de regione trans Flumen studiose sumptus dentur uiris illis ne inpediatur opus 6:9 quod si necesse fuerit et uitulos et agnos et hedos in holocaustum Deo caeli frumentum sal uinum et oleum secundum ritum sacerdotum qui sunt in Hierusalem detur eis per dies singulos ne sit in aliquo querimonia 6:10 et offerant oblationes Deo caeli orentque pro uita regis et filiorum eius 6:11 a me ergo positum est decretum ut omnis homo qui hanc mutauerit iussionem tollatur lignum de domo ipsius et erigatur et configatur in eo domus autem eius publicetur 6:12 Deus autem qui habitare fecit nomen suum ibi dissipet omnia regna et populum qui extenderit manum suam ut repugnet et dissipet domum Dei illam quae est in Hierusalem ego Darius statui decretum quod studiose impleri uolo 6:13 igitur Tatannai dux regionis trans Flumen et Starbuzannai et consiliarii eius secundum quod praeceperat Darius rex sic diligenter exsecuti sunt 6:14 seniores autem Iudaeorum aedificabant et prosperabantur iuxta prophetiam Aggei prophetae et Zachariae filii Addo et aedificauerunt et construxerunt iubente Deo Israhel et iubente Cyro et Dario et Artaxerse regibus Persarum 6:15 et compleuerunt domum Dei istam usque ad diem tertium mensis adar qui est annus sextus regni Darii re-

6:5 And also let the golden and silver vessels of the house of God, which Nebuchadrezzar took forth out of the temple which is at Jerusalem, and brought unto Babylon, be restored, and brought again unto the temple which is at Jerusalem, every one to his place, and place them in the house of God.

6:6 Now therefore, Tatnai, governor beyond the river, Shetharboznai, and your companions the Apharsachites, which are beyond the river, be ye far from thence:

6:7 Let the work of this house of God alone; let the governor of the Jews and the elders of the Jews build this house of God in his place.

6:8 Moreover I make a decree what ye shall do to the elders of these Jews for the building of this house of God: that of the king's goods, even of the tribute beyond the river, forthwith expenses be given unto these men, that they be not hindered.

6:9 And that which they have need of, both young bullocks, and rams, and lambs, for the burnt offerings of the God of heaven, wheat, salt, wine, and oil, according to the appointment of the priests which are at Jerusalem, let it be given them day by day without fail:

6:10 That they may offer sacrifices of sweet savours unto the God of heaven, and pray for the life of the king, and of his sons.

6:11 Also I have made a decree, that whosoever shall alter this word, let timber be pulled down from his house, and being set up, let him be hanged thereon; and let his house be made a dunghill for this.

6:12 And the God that hath caused his name to dwell there destroy all kings and people, that shall put to their hand to alter and to destroy this house of God which is at Jerusalem. I Darius have made a decree; let it be done with speed.

6:13 Then Tatnai, governor on this side the river, Shetharboznai, and their companions, according to that which Darius the king had sent, so they did speedily.

6:14 And the elders of the Jews builded, and they prospered through the prophesying of Haggai the prophet and Zechariah the son of Iddo. And they builded, and finished it, according to the commandment of the God of Israel, and according to the commandment of Cyrus, and Darius, and Artaxerxes king of Persia.

6:15 And this house was finished on the third day of the month Adar, which was in the sixth year of the reign of Darius the king.

Biblia Sacra Vulgata

6:16 And the children of Israel, the priests, and the Levites, and the rest of the children of the captivity, kept the dedication of this house of God with joy.

6:17 And offered at the dedication of this house of God an hundred bullocks, two hundred rams, four hundred lambs; and for a sin offering for all Israel, twelve he goats, according to the number of the tribes of Israel.

6:18 And they set the priests in their divisions, and the Levites in their courses, for the service of God, which is at Jerusalem; as it is written in the book of Moses.

6:19 And the children of the captivity kept the passover upon the fourteenth day of the first month.

6:20 For the priests and the Levites were purified together, all of them were pure, and killed the passover for all the children of the captivity, and for their brethren the priests, and for themselves.

